



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Statutum Papale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

q. 13. publica utilitas respiciat & quæ pri-  
mò Clericos & laicos, sicut esset prepara-  
tio aggerum, ne flumen innundet vici-  
nos agros laicorum & Clericorum, nam  
ad hanc Clerici contribuere tenerentur  
cum requisitis, de quibus V. *Gabellus nu-*  
*3. p. 5. tract. i. ref. 20.* Adde, non decesse Do-  
ctores, qui dicant ejusmodi monopo-  
lium seu zagatum etiam quoad laicos  
illicitum esse, & interdictum in quinto  
canone Bullæ Cœnæ, ut dictum est V.  
*Bulla Cœna, num. 4.*

*Non in lege  
(sancimus)  
de insinuan-  
dis donatio-  
nibus.*

q. 16. Quartò idem dic de l. illud, C. de  
sacro Ecele. & L. *Sancimus, C. de donat.* ubi  
præcipitur, ut donationes supra quin-  
gentos aureos, etiam factæ Ecclesiæ, in  
curiæ insinuantur; unde hodie do-  
nationes Ecclesiæ insinuantur, ut ait  
A. Ponte in resp. super cons. Ven. ex Joan.  
Andrea & DD. communiter, p. 4. *tract. i.*  
*ref. 63.*

*Vel statuto,  
q. 2d concu-  
binæ non te-  
neantur de  
furto ex bo-  
ni concubi-  
nariorum.*

17. Denique idem dic de lege seu sta-  
tuto, quod concubinæ non teneantur  
pro furtis factis ab ipsis de bonis concu-  
binariorum, si extendatur ad concubinæ  
Clericorum, quia denegaretur ipsis  
actio furti, quæ eis competit de jure  
communi. *Valenzuela in def. monit. Pauli*  
*V. p. 1. tr. 1. nu. 24.* & alii contra Pereiram  
*p. 2. c. 75. n. 1. p. 4. 1. 1. ref. 11.*

*Principes  
cauti sint in  
niuor Reges, & Principes, eorumq; Con-  
salvam manu  
filiari, ut si Regna stabilire, & ab eis ca-  
tenenda Ec-  
clesiastica li-  
Si tranquil-  
lè, & prospé-  
rè regnare  
cupiunt.*

18. Postremò, monendi hoc loco ve-  
cauti sint in niuor Reges, & Principes, eorumq; Con-  
salvam manu  
filiari, ut si Regna stabilire, & ab eis ca-  
tenenda Ec-  
clesiastica li-  
ant, quod Ecclesiastæ libertati non sit  
consentaneum; sed si quod simile sta-  
tutum in suis ditionibus extat, omnino  
abrogent & expungant: in dubiis vero  
eam semper amplectantur opinionem,  
quæ favet Ecclesiæ, aut saltem consulunt  
sanctam Sedem, ut docet Bernardus Ju-  
stus in defens. libert. fol. 27. & Carolus  
Imperator apud Granadum in c. memorie  
diff. 19. Sciantq; violentibus jurisdictione  
nem Ecclesiæ Regnum eversionem &  
amissionem imminere, ut fassus est Basilius  
Imperator. Unde notat Baron. ad an-  
num Christi 701. & alias, olim Deum  
Regnum Hispaniæ tradidisse Mauris &  
Mahometanis, quia à sancta Sede Apo-  
stolica in jurisdictione defecrat, (p. 1. 7.

2. ref. 66. & p. 5. t. 1. ref. 23. à §. Et tandem) &  
ad annum 549. Justinianum, dum Eccle-  
siasticis dogmatibus perscrutandis, plus  
quam Imperatorem decer, studiose va-  
caret, universum pessundedit Imper-  
rium. Hunc tamen ait Tannerus in 2. 2.  
diff. 1. q. 3. dub. 1. num. 30. multa justè &  
legitimè de reb. Ecclesiasticis sanxisse,  
qua tamen non sunt leges Ecclesiast. sed  
meræ executiones Canonum, p. 1 *tract. 2.*  
*ref. 116.*

19. Monendi quoque veniunt Epis. *Et si aliquis*  
*cops. & judices Ecclesiastici, si quando do eam la-*  
*statutum editur contra libertatem Ec- dant, Epis.*  
*clesiasticam, præcipere magistratibus & copiæ oppo-*  
*legislatoribus, ut illud tollant, & ipsis ter riant,*  
*cuiantibus ipsis collere, & invalidum de-*  
*clarare, & in dubiis cogere ad declaran-*  
*dum expressè, tali statuto Ecclesiæ &*  
*Ecclesiasticos minimè comprehendi.*  
Vide Sayrum de cens. lib. 3. c. 34. n. 17. p. 3.  
*t. 1. ref. 68.*

### S T A T U T U M Papale.

1. **D**iximus V. *Lek. num. 23.* legem **STATUTA**  
Papalem, secundum Uigiles *Papalia ut*  
non obligare in provinciis, antequam in *obligent om-*  
eis publicetur: ex cuius sententiæ proba- *nies, sufficiat*  
bilitate multa infert. *Præpositus in p. 2. q. 95. diff. 1. dub. 7.* præsertim quod regulæ *promulga-*  
Cancellariæ, saltem extra Italiam non *tio Romana*  
obligant, & quod cultus disparitas apud  
Chineses & Japonios in his conversio-  
nis initii non fit impedimentum diri-  
mens. Verum ipse contraria senten-  
tiæ tenet, quam nos loco citato docui-  
mus, & nunc confirmamus primò quia  
dicta promulgatio in diœcessibus nec  
naturali, nec positivo jure requiritur, &  
*novellæ 66.* Justiniani posita est pro legi-  
bus imperialibus non pro papalibus. Se-  
condò, quia corpus Ecclesiæ bene diri-  
gitur, si deliberationes promulgantur  
Roma, quæ est caput illius: & quando  
Pontifices nolunt suas leges obligare, nisi  
in singulis diœcessib. publicentur, id solèt  
exprimere; unde quando non exprimunt,  
*censem-*

censetur velle obligare per solam promulgationem Rom. Porro in materia immunitatis S. D. N. Vrb. VII. in Bulla Romanus Pont. die 5. Jun. 1641. damnat præjudicia, quæ illi sunt sub prætextu, quod Bullæ Pontificiæ non fuerint publicatae, vel usu receptæ p. 6. t. 6. ref. 39.

Vnde Episcopi post notitiam publicationis Romanae cogere possunt subditos ad observantiam.

2. Episcopi ergo eo ipso, quod lex aliqua publicata est Romæ, cogere possunt subditos ad observantiam. Sylvius autem, qui in p. 2. q. 96. art. 4. qu. 11. concl. 3. contrarium sententiam probabilem admittit, consequenter afferit, Episcopos si id illis Pontifex non præcipit, probabile esse, quod non reneantur leges publicare, & observari curare: nisi fructum aliquem notabilem ex alicuius Bullæ observatione sperarent. Si autem Pontifex significet, se velle, ut lex absque alia promulgatione ubique servetur, tunc teneiri procurare observantiam, non tamen eam promulgare, nisi lex dirigatur ad ipsos. p. 6. t. 6. r. 38. Vide etiam V. Lex, n. 24.

Quid de legibus Tridentini ubi receptum non est? Respondeo, ibi leges ejus non penales non ligare incolas, vel alienigenas commorantes. An nec extraneos transeuntes vel apostatæ euntes animo se exemptandi a dictis legibus, Vide V. Impedimenta, n. 23. & 24. Favorabiles vero secundum aliquos, favere etiam in iis locis; nam Zypeus in consul. can. lib. 4. cons. 1. de congr. spir. existimat, Episcopos dictorum locorum uti posse facultate ipsis tradita in sess. 24. c. 6. circa absolutiones & dispensationes in casibus palpibus occultis: & Duvalius de sum. Pont. p. 3. q. 7. testatur de praxi Episcoporum Galliæ. Verum Sanchez & alii, quos citat & sequitur Barbosa de pot. Epis. p. 2. alleg. 39. n. 3. contrarium docent, & Gatzias de benef. p. 7. c. 11. n. 2. 3. adducit pro hac sententia declarationem sacrae Congregationis Interpretū, p. 6. t. 8. r. 27.

## S T V P R V M.

1. <sup>†</sup> Stuprum est puellæ virginis repugnantis defloratio per fractiōnem clavulæ virginalis. Nec prima fornicatio masculi est stuprum, nec deflo-

Stuprum.

Summa Diana.

ratio puellæ consentientis. Vide V. Circumstantie, n. 8. 9. & 14. †

2. Ad stuprum consequitur in stuprato obligatio defloratam in uxorem accipiendi, vel eam pro suo statu d. center nuptiarum, dotandi, non solum si vi aut dolo deflora sit; dicunt DD. communiter cum c. sit datus. Navarro e 16. n. 16. sed etiam si importunitas precibus & vehementibus blanditiis. Sed probabile est, teneri solum de vi & dolo; quia preces & blanditiae non minuant, sed augent potius voluntarium, nisi procedant à persona, cui puella reverentiam debeat. Nec obstat, quod absque præcibus non consenseret: nam multa sponte sunt per preces, quæ sine illis minimè fierent. Turrian. in 2. 2. diff. 30. dub. 2. num. 15. p. 2. tract. 16. ref. 48.

Et si inter matrimonii, tunc omnino tenetur duce missio nuptia cere, etiamsi missio suerit facta: si tam virgo fictionem ex ambiguitate, infacta ad casum constantia, nimia exaggeratione, &c. non stuprator te potuit comprehendere, nisi ipse sit longe nobilior, vel opulentior, & puella id sciatur. Nisi esset ignorans, & secundum aliquos etiamsi ignoraverit, Sanch. de matr. t. 1. lib. 1. diff. 10. & Vel nobilior. alii communiter p. 3. t. 6. r. 81. Solus Praepositus factum promissorem excusat à nuptiis, in 3. part. q. 9. dub. 4. n. 4. quia missio facta non parit obligationem, & damnum illatum reparari potest per pecuniam. Sed non est recendendum a communis sententia, p. 5. tr. 14. rc. 32.

4. Verum tamen est, quod quibus causis dissolvuntur sponsalia, dissolvetur etiam obligatio talis missione, causa ex iis, manente solum obligatione compensacionis pecunialis, quæ etiam cessaret, si vuntur bonitatem deprehendisset non virginem Sanch. alia. In quo ibid. ref. 81. cit. Et generaliter, ex quocunque capite contracta sit, cessat quo obligatio donec, si puella postea nuptiis & quæ commisit, si modis potiatur, ita ut nihil detrimenti Quia etiam sustineat. (Lef. lib. 2. c. 10. dub. 2. n. 11. concessare potest contra Rebell.) aut remissionem faciat. Vale multus de rus V. Restitutio, diff. 11. n. 2. & si sponte cansit.

consensit, nulla ipsi aut parentibus est restitutio facienda pro gravata dote, aut aliis damnis inde securis. Sotus L. 4. q. 7. 4. 1. ad 2. p. 2. t. 16. ref. 84. § Limitanda. Pro-

R I I I I bable